

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

ASTRONOMICI CAESAREI PER PETRUM APIANVM

MISNENSEM
EXACTISSIME CONCINNATI,
INDUCTIONVM, DEMONS-
TRATIONVM, EXEMPLORVM
FIDELISSIME REFERTI,
EVNCTIATVM PRIMVM.

Tempora sequentibus instrumentis usui futura colligere.



ANNORVM DIVERSITA
tes, quæ multifariæ gentibus sunt, in
præsentia, ne longior sim, prætermitto,
Aliis enim, ut Romanis, annus Solaris,
cuius principium Ianuarius est. Aliis,
ut Arabibus, Lunaribus, quem Septem-
ber auspiciatur, habetur, etc. Huiusmo-
di autem uarietates in vniuersum omnes
semel missas facio, anno solari, quem
nobis Sol cursu suo describit, tantum-
modo intentus. Hic autem quia impari Solis
motu designatur (quandoquidem Sol
non idem punctum quottannis assequitur, sed quartam partem vnius
diei propemodum adiicit) facit, ut quartus quilibet annus integro die su-
peret tres præcedentes, quæ tertius propterea uocatur intercalaris, quasi
dicas Interpositus, Intercalare enim veteres appellabant, quod nos
interponere. Et re ipsa unus dies interponitur, qui in aliis annis non est,
dicitur idem alio nomine Bifexilis. Hunc inquam romanum Solis annum
in præsentibus sequar, secundum quem motus cœlestes omnes inuenire
docebo. Orsus eundem à Ianuario, qui est finis præcedentis cuius-
libet anni. Hoc ita intelligas volo, ut à meridie nouissimi diei Decem-
bris, initium fiat. Astronomi etenim à meridie in meridiem perpetuo
rationes ineunt, sic ut tempus ante meridiem, præcedenti semper diei
annumeretur. Cum autem motus cœlestes ab anno Christi per omnia
inuestigam, radicemque ad eundem annum ponam, Christi scilicet, non
existimandum est vice simum quinquagesimum diem Decembris me inuenire, tam-
etsi eo Saluator noster natus sit, sed finem eiusdem anni. Astronomi
siquidem veteres, sex illos dies, qui sequuntur à 25. in finem usque De-
cembris, abiecerunt, & radicem potius in vltimum diem eiusdem anni,
in quo Christus Orbi æditus est, retulerunt, ibique stabilierunt. Est autem
finis illius anni, principium sequentis. Radicem ad diem natiuitatis
Dominicæ inquisituro, retro querendum erit, tot dierum spacium, ut
dicitur. Hic tacere non possum hæc tenes ferè omnes errore profluo
abominabili deceptos Astronomos, dum per Radicem Christi, stellarum
cursus, Coniunctiones, Oppositiones, Aspectusque reliquos, conati sunt
deprehendere, æqua enim Cœlestis & Bifexilis ratione se ponere non
animaduertunt, dum ante & post Christum annos, simili proportione
diudicarent, cum tamè Saluatoris nostri natiuitas non Communis uel
Ciuili, sed intercalari anno contigerit. Atqui hoc dico cõmonefacies
eos, qui instrumentis tabulisque illorum aliquando sunt vsuri, quo id &
agant cautius, & tentent prouidentius. In præsentibus operibus, nihil hoc
ingeret dubium. Ad hæc cum Astronomos antiquiores religione quadam
videam radices suas variè ad regum ductum principia & interitus fun-
dasse, ueluti ad obitum Philippi, & ad regni Nabochodonozoris initium.
Memini ego pariter eorundem aliquot, sicut & memorabilium aliquot
actorum, quales est diluuium illud vniuersale &c. Præterea eiusdem rati-
onis duxi, si aliquorum insigniorum doctrina & nomine Astronomorum,
ætates adducerem, ut si qui forent qui cursus syderales ad eorum tpa,
regrerent, in promptu habere possint. Exempli gratia. Si nosse quis cupiat
quæ loca stelle Ouidii tpe, tenuerint, querat in sequenti tabula, quæ Oui-
dii vixerit, Reperiet autem, 19. post Saluatoris anno eum obiisse, ad illud er-
go annorum numerum, stellarum motus inquirendi sint. Aliud. Audis
quod Diluuium ferè biennio præcesserit coniunctio magna. Hocque ut sit,
ambigis. Annos ergo diluuii qui fuerunt, 3102. ante Saluatoris aduen-
tum scribis, addis 2. & habes. 3104. Illud ita annum si examinas per instru-
mentum, quale infra patet, utrum in. 3104. anno coniunctio euenierit
magna necne, cõfestim liquabit. Adhuc aliud. Fertur lunæ eclipsis
fuisse, secundo anno, post Augustissimi Cæsaris CAROLI Quinti na-
tiuitatem, uel proximo anno ante FERDINANDVM, Potentissi-
mum Romanorum, Vngariæ & Bohemiæ Regem etc. natum, dubitans
uero, utrum ita res habeat. Queret in tabula temporum nomen Regis
FERDINANDI, iuxta illud enim annus post Christum, 1503. of-
fertur. Videntur nunc, an priori, hoc est, secundo post sesquimillesimum
Eclipsis Lunæ uisa sit, 15. Octobris die fuisse, & tertia unius ho-
ræ parte pomeridiana, reperitur. Eodem modo in consimilibus ope-
raberis. Neque te latere uolo Alfonso nobis esse ducem, quem
sequimur

Solaris annus.

Bifexilis & intercalaris idem. Intercalare.

Quando Christus natus.

Operandi modus.

Quare fallatur Astronomi in computatione motuum ante Christum.

Tempus CAROLI Imperatoris, & FERDINANDI Rom. Bohe. & Vngariæ Regis.

ASTRONOMIA CAESAREVM

sequimur, in annorum, à diluuiio vniuersali usque ad Christum summa, non autem Iudæos, aut. 70. interpretes. Quando Moses ille legislator, tempore ab Adam usque ad Abraham elapsi, non ita accuratam curam festi natus habuerit. Post quem historia deinceps consumatori diligenter describitur ceperunt.

SEQUITUR TABVLA TEMPORVM

Ab Adam ad Christum secundum Alfonso an:	6984 dies 121
A Creatione mundi ad Christum secundum 70 interpres an.	5199
A Mundi exordio ad Christi aduentum, sicut Albumazar, an:	5328
A principio mundi ad Christum natum, sicut Hebræos anni	3952
Gigantes uiri famosi fuerunt ante Christum, annis	3724
Diluuium Noë præcessit Christum, annis	3101 dieb. 319
Confusio linguarum ante Chr:	3000
Moses in deserto præest genti Iudæorum.	1495
Moses Legislator obiit ante Christum, annis	1470
Troia capta ante Christum	1149
Homerus poeta grecus floruit ante Christum	989
Hesiodus ante Christum claruit, annis	889
Daniel & Ezechiel prophetabant ante Christum	760
Rhoma condita est ante Christum 11 Kalen: Maias, ann:	753
Nabochodonozor regnare cepit ante Christum, ann:	746 dieb. 310
Mardochæus ante incarnationem agnoscitur, anno	721
Thales Milesius eclipsim prædixit, ante Chr.	584
Darius primus regnare cepit ante Christum, anno	521
Hippocrates Cou floruit ante Chr: annis	440
Auerus qui Artaxerxes uocatur, ante Chr:	404
Helicon Cizicenus astrologus uixit, ante Chr:	400
Plato & Aristoteles philosophi claruerunt ante Chr.	343
Philippus pater Alexandri obiit ante Chr. an:	323 dieb. 51
A morte Alexandri Magni ad Saluatorem anni	311 dies 93
Timocaris astronomus considerauit stellas ante Chr.	292
Euclides geometer tpe Ptolemei primi regis Aegypti, ante Chr.	291
Aratus poeta grecus: & astronomus ante Chr.	282
Archimedes geometer præcessit Christum, annis	199
L. Aemilius Paulus. C. Sulpitius Gallus eclp. d. prædix: ante chr.	172
Hipparchus in Alexandria considerauit stellas, ante Chr.	130
Abraham stellas in Rhodo contemplatus est, ante Chr.	115
M. T. Cicero & Lucius Tarutius astro: claruerunt, ante Chr.	59
Julius Cæsar opa Sosigenis astro. annu ad Solis cursu reduxit.	47
Virgilius poeta & Victricius architectus ante chr: floruerunt	45
Cæsar obiit ante incarnationem Saluatoris anno	38 die 1
Ptolemei & regnum Aegyptiorum deserunt, ante Chr.	30
Strabo Geographus antecessit incarnationem Christi	26

LESEM IUDÆA NASCITUR, quo anno cepit Christianorum salus.

T. Linius patavinus & Ouidius poë: obiit ante Chr.	17
Marinus Tyrinus geographicus scriptor agnoscitur, ante Chr.	60
Andromachus Cretens theoricæ inuē. & Lucanus poë. floruerunt	68
Agria contempit stellas in Bithinia, post partum uirginis	94
Proclus astrologus agnoscitur post Christum, anno	95
Mileus stellarum loca quaesituit Romæ à Christo nato, annis	99
C. Plinius Secundus perit, dum inuisit Vesuuium montem	112
Hadrianus Imperator ante Christum regnare cepit, annis	120
Galenus medicus Pergamensis sequitur Christum annis	142
C. Ptolemeus pius & mathe: Aegypt: obseruauit stellas Alexan:	150
Diocletiani regnum incepit ab incarnationis anno	283 die 241
Julius Firmicus Maternus & Mauortius Lollianus uixerunt	320
Concilium in Nicea congregat, in quo Arrius cõdemnatur	320
Theon & Pappus mathematici alexandrini floruerunt	390
Alemcon medicus & astrologus claruit anno	490
Mahumer cum Sergio monacho in Arabia hæresim inchoauit	622
Albumazar ab aliquibus lauar dictus scripsit circiter annu	844
Bassus, anno humanæ salutis uitam egit vel circiter	849
Turcarum origo post humanam salutem, annis	870
Albategni mathe: in Aracta ci: Syriæ considerauit stellas	880
Campanus philosophus & mathe: claruit an.	1031
Azophi Arabs stellas per imagines descripsit	1061
Auicenna medicus Hispalensis post Christum, anno	1100
Abraham Auenzre Iudæus & Auenzoar agnoscitur	1145
Hali Haben Ragel astron: arabs uixit, anno	1202
Alkindus phi: medicus, & astron: floruit, anno	1235
Alphonso Ro: & Hispaniæ Rex & Astro: ante chr.	1251 dieb. 152
Virellio mathe: scripsit ingens opus optice, anno	1274
Guido Bonatus astro: floruit post humanam salutem	1284
Ioannes de Gmunden mathematicus clarus habetur	1400
Arts impræstoria inuenta Maguntia p Io: Faustum	1452
Georgius Peurbachius germanus math. obiit an.	1462
Blanchinus Ferrariensis mathematicus claruit	1464
Ioan: Regimontan? mathe: germ: Romæ ueneno intemp?	1467
Carolus Quintus Romanorum Impator nascitur, anno	1500
Ferdinandus Romanorum Vng. & Bohe: Rex nascitur	1503

B